



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

163 Ars iniustorum possessorum in quærenda tertia manu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

161
Decepis opi-
tulandum.

peruenisset, nec amplius in ipsius L. esset po-
testate. Sententia qua Pontifex hic utitur de-
sumpta videtur è S. Velleano quod mulieribus
opitulatur deceptis, non decipientibus l. 2. §.
verba itaque Senatus-consulti. π. ad S. Vell.
vbi fœminarum infirmitas vel simplicitas me-
ruit auxilium, non calliditas.

Ait Pont. *licet ipsi per se de iure non possint ec-
clesiastica beneficia permutare.* Constat ex hoc
loco permutantes hosce duos nō petiisse con-
sensum sui Episcopi in suis beneficiis permu-
tandis; quæ causa fuit cur hæc permutatio non
valuerit: sed quia non per malitiam sed simpli-
citate quadam peccauerāt hac in re permutan-
tes, beneficium à Gerardo resignatum eidem
restitui iubetur quo alio qui fuisset meritò spo-
liandus, vt & Laurentius beneficio suo, iuxta
cap. cum olim. proximè præcedens.

162
Simplicitati
parandum.

Ait Pont. *vt tamen simplicitati venia tribua-
tur.* Huius pronunciati vel gnomes vel sen-
tentia multa passim extant exempla per Glos-
sographum hūc allata.

Ait Pont. *vel quolibet alio illicito detentore.*
Sic fere solent iniqui & iniusti possessores in
alias atque alias rem deriuare manus vltorio-
res, in veri domini præiudicium; quo facilius
atque citius excidat ille recuperandi remedio.
scilicet hæc ars est hominum nequam & falla-
cium. Licet enim res etiam furtiua cum suo vi-
ticio transeat in quemcumque possessorem l.
vitia. C. de adquir. & retin. poss. §. furtiua
quoque res. vers. quod autem dictum est.

163
Ars inuisto-
rum possesso-
rum in que-
renda tertia
mano.

Inli.

Institut. de vsucap. quantumlibet per manus plurimorum bonę fidei possessorum deambulauerit, vt rectissimè videtur adnotasse Glossographus ad c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. in priore casus positione; & Zazius in l. clam. in princ. num. 7. π. de adq. vel admitt. poss. tamen quò res abierit longiùs, eò redditur eius persecutio difficilior. Fortè dices, non ampliùs rem furtiuam dici postquam ab vno bonę fidei possessore transierit ad alium arg. d. vers. quod autem dictum est. in verb. ab eis. i. furi- bus. At frustra sic argues; quandoquidem vitium in re est, quod, priusquam res redierit ad suum dominum, purgari nequit. Quanquam Dominicus à Soto lib. 4. de iust. & iur. quęst. 5. art. 4. conclus. 2. vers. Si autem latronis. i. furis filius. cum vers. seq. non rectè putat, & heredem furis & eumentem à fure, modò bonę fidei sint, res furtiuas vsucapere vel præscribere; nixus imprudenter l. si aliena. π. de vsurp. & vsucap. vbi nihil minus agitur quã de re furtiua. Cæterum quare consanguineus hic nominatur illicitus detentor, cum tamen per collationem fortè canonicam seu legitimam fuerit adeptus beneficium? sunt ex Interpretibus nostris qui respondeant, eum fuisse consciũ per- mutationis huius inter Gerardum & Lauren- tium consanguineum suum vel simoniacę vel saltem illicitę: veruntamen etiamsi conscius non fuisset, Pontifex nihilominus ex æquitate Gerardo suum beneficium vult, vt existimo, restitui propterea quòd exitũ permutatio non

g habue-

164
Res furtiua
num purgen-
tur vitio si ad
alium deue-
nerint posses-
sorem bonę
fidei à posses-
sore bonę fi-
dei.

163
Illicitus de-
tentor cur ille
qui legitimã
habet colla-
tionem.